



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XI. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

est in vita beati Eucherij Episcopi Aurelianensis & beati Reginberti Archiepiscopi Rhemensis. Qualis verò esset huiusmodi ecclesiasticorum bonorum divisio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo capitularium ante capitulum istud 83. sic exponitur: Tempore Hadriani Papæ & Karoli Magni Imp. &c.]

(5) Ante caput octavum *Si quem pœnituerit.* 2. q. 3. in eodem libro hæc verba sunt: *Vnde in libro capitularium c. 175. legitur.* Et in margine est: *Cod. Theod. lib. 9. tit. 37. c. 1. in interpretatione.* Et: *Ivo p. 16. c. 251.* In Notis est: *Per obreptionem*] *Apud Ivonem legitur: Factum per corruptionem consensum, de colludio pœnam excipiat legib. constitutam. Sed in interpretatione legis primæ, quæ est in Codice Theodosiano, hoc modo; per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is qui reus probatur, remoto colludio pœnam excipiat legibus constitutam.*

DE EADEM RE.

Dialogus undecimus.

C. LATINAMNE vocem, an barbaram, esse dicemus Capitulare sive Capitularia? A. Annon rectè deducitur à capite capitale crimen & capitalis homo? C. Rectè. A. Sicigitur à capitulo *capitularis* & *capitulare* pro *capitulalis*. quod ineptum esset. sic etiam à sæculo sæcularis, ab angulo angularis dicitur. C. Quis ex veteribus Latinis hac voce usus est? A. Non omnium veterum libros habemus. Ex illis deperditis existima hanc erutam vocem fuisse. Acta Capituli multi capitularia dicunt, & syndicum capituli capitularem. Non ineptissimum id qui-

dem videtur. C. Qui librum capitularem dicunt, quod Capituli sit, minus peccare videntur quam qui ideo volumen capitulare dicunt quod in multa dividatur capitula & quasi collectio sit multorum capitulorum. A. Non igitur de voce ipsa quærendum fuit an esset Latina, sed de usu vocis in hac notione. Et mihi quidem à barbaris inductum esse arbitror Caroli & Ansegisi & Theodulfi temporibus. Sed ut ad Gratianum redeamus, in hac voce usus est caussa XI. cap. XXXIIX. Nam post duas constitutiones relatas sic ait: *Hæc si quis antiquata contendat, quia in Iustiniani Codice non inveniuntur ita inserta, per Carolum renovata cognoscat, qui in suis Capitularibus ait inter cetera. Volumus atque precipimus &c.* Sic etiam Anselmus inscripsit: *In Capitularibus Caroli Imperatoris.* In libro Casaraugustano inscriptio desideratur. Exstant hæc verba in lib. VI. Capitular. cap. CCLXXXI. B. Caroli esse hoc caput ego dubito, cum liber sextus, ut heri dicebas, Benedicti Levitæ sit, qui Caroli, Ludovici, & Lotharij capita collegit ab Ansegiso prætermissa, neque distinxit singula cujus essent. A. Sinolis fidem habere Anselmo & Gratiano hoc dicentibus, ego te aliis probationibus non convincam; nisi fortè multitudine nominum ut gearis, qui Carolo potiùs quam ceteris subditos se esse patiantur. Romani, Franci, Alamanni, Bajuvarij, Saxones, Thuringij, Frefones, Galli, Burgundiones, Britones, Langobardi, Vascones, Beneventani, Gothi,

11. q. 1. c. 38.
Volumus.

Anf. lib. 3. c.
105.
Cas. lib. 5. c.
13.

Hispani. B. De Lothario facile cedam hac in re. At de Ludovico difficilius, in primis præfertim imperij annis post mortem patris. Sed cur hic Franci à Gallis separantur, & à Romanis Longobardi & Beneventani, inter quos Vascones interponuntur? A. Romanos omnibus præferri ab Imperatore Romanorum mirandum non est. Francos Germanos fuisse creditur, & regale nomen diu in Gallia obtinuerunt, unde Reges Francorum dicebantur atque dicuntur, ut Gothi in Hispania Reges Gothorum. Gallos fortasse vocat Italos ex Gallia togata. Cur Vascones post Langobardos posuerit, bellorum ordinem secutum fuisse credo. Illis enim victis, malè pugnavit cum Vasconibus. Extremi ponuntur Beneventani, Gothi, & Hispani, ut qui longius à sede imperij abessent. B. Beneventum à Romana urbe propius abest quàm Vascones. A. Non hanc sedem imperij statuo, sed Parisiorum urbem aut Aquisgranum. C. Gothos intelligis Gallos, an Hispanos, an ex ultima Gothia, quæ olim Scandinavia dicebatur? A. Ex Narbonensi provincia & illi conjuncta parte Hispaniæ, ut heri diximus. Sed de varietate verborum videamus. Pro *ditioni nostra* illic est *nostra ditioni Deo auxiliante*. Pro *quocumque* est *licet quocumque*. Pro voce *astrikti*, & voce *annexi*, illic est *constrikti & connexi*. Pro *ex xvii*. (quod etiam est in Capitularibus) videtur scribendum *ex xvi*. ut est in Codice Theodosiano Cujacij. Pro *Blavij* scribe *Ablavij*. Pro illis, *quam illi* &

omnibus per scripturam misimus, illic est, omiſſa voce quam, illi & omnibus reſcriptam ſumpſimus. Ante verbum poſuimus adde tam Clericorum quàm & laicorum. Pro lege cunctis perpetua teneant, illic est, lege cunctis perpetua tenendam. Sed utrumque diſplicet. Anſelmi & Cæſarauguſtani varietatem cognoſcamus. B. Hæc poſtrema verba Gratiani adgnoscunt. Illud rectè utrobique est, Deo auxiliante & ex xvi. & Ablavij & conſtricti & connexi. in ceteris favent Gratiano. Sed quid tu pro illis verbis extremis ſubſtitueres? A. Imp. Conſtantine Aug. Ablavio P. P. Quicumque itaque &c. B. Quæ ſimilitudo eſt inter has & illas voces? A. Nulla prorsùs, niſi fortè aliud C. noſtro videatur. C. Id cogitabam. Pro lege cunctis, Imp. Conſt. ferri potuit; præſertim ſi l. pro lege ſcribas. vox perpetua in P. P. converti poteſt. Voci teneant aut tenendam non video eſſe locum; niſi ex voce fiat extrema Conſtantine. A. Finge ſiſſe ſcriptum tenendam perpetua, aut pro P. P. Pr. Prat. (1) B. Cur Theodoſius appellatur à Gratiano a hujus conſtitutionis ſcriptor? A. Quia in Codice Theodoſiano eſt. Sed meliùs Ivo b & Anſelmus c ex Capitularibus ſumpſerunt. quamvis numerus mendoſus ſit. B. Cur dividuntur illa verba d Omnes itaque cauſa &c. à ſuperioribus, cùm in conſtitutione Conſtantine conjuncta ſint? A. Ineptè factum exiſtimo. Sed & ſeparata Ivo e in Panormia retulit, Imp. Theodoſij nomine adſcripto. C. Cur cap. xi. appellatur quæ

a 11. q. 1. c. 36
Quicumque.

b Ivo par. 16.
cap. 312. decr.
c Anſel. d. c.
105.
d c. 37. e. q.
Omnes.

e Ivo lib. 5.
tit. 2. c. 1. pa-
nor.

constitutio prima est sub tit. xii. de episcopi-
pali iudicio? A. Cujacius fatetur extra ordi-
nem eum titulum se invenisse. Carolus for-
tasse non capitulum xi. sed titulum scripsit.

(2) Alia capita perquiramus. Causa xvii. quæst. i v. duo capita sunt ex Capitularibus sumpta. Prioris inscriptio est: *Item ex libro v. Capitularium*. Posterioris: *Item ex eodem lib. vi. Caput illud est libro tertio cap. xxv. hoclib. vi. cap. xc. Capitularium. Caroli legem esse illam constat, tum ex Ansegiso, qui eam libro tertio retulit, tum ex lib. i. tit. ix. de homicidiis liberorum hominum legum Langobardicarum. Utrumque caput refert Ivo in Panormia & in excerptionibus & liber Cæsaraugustanus f ex Capitularibus, sed aliis verbis. ex Concilio apud Theodonis-villam, quod exstat, Burchardus g & Ivo h in excerptionibus. Varietas in Gratiani & aliorum verbis hæc sola est, quòd in Capitularibus additur, post illa *Qui monachum, cccc. solid. culp. jud.* quæ mihi interpretari non licuit. Fortè scribi debuit *comp. jud. pro compositione iudicetur*. B. Quod de Presbytero occiso dicitur, ut dc. solidis componat, simile est illi quod Joannes VIII. Carolum constituisse referebatur i. A. Rectè admones. Sed in Concilio apud Theodonis-villam, non de occiso, sed de vulnerato, id statuitur. Et ut C. noster novum verbum discat, recitet ex Burchardi libro, quem habere video, Concilij verba. C. *Si quis Presbyterum calumniatus fuerit & spassaverit &c.* Et alio ca-*

17. q. 4. c. 27.
Qui subdia-
conum. &c.
28. Qui occi-
derit.

Ivo lib. 8. tit.
2. c. 2. pa-
norm. & par.
10. c. 9. &
10. decret.

f C. es. libr. 7.
c. 7.

g Burch. lib. 6.
c. 5. & 6.
h Ivo par. 10.
c. 134. & 135.
decret.

i Dialo. 9.

pite: *Si Presbyterum quis malè tractaverit & spassaverit &c.* Monstri genus videtur hæc vox: quæ si à spatha deducitur, *spathaverit* scribi debuit. Ego *vulneraverit* maluisse aut *sauciaverit*. A. Sit ita, per melicet. (3) De illo videamus quod est de consecratione dist. iv. *k Monachi sibi compadres commatrive non faciant, nec osculentur feminas.* Idem libro Capitulorum inscripsit Gratianus, & Capitulorum lib. vi. cap. ccccxxiv. Ivo in Panormia veteri. In edita est, *epistolarum tit. vii. cap. xv.* & in excerpationibus *Capitularium lib. vii. cap. ccccxciv.* Sic etiam est in libro Cæsaraugustano *m* & in titulis capitulum libri vii. *Capitularium.* Ipsius enim capituli verba desiderantur. (4) In eadem distinctione caput *cxxvi.* *n* ita inscribitur: *Item Capitulorum libro v. cap. lxxvi.* & apud Ivonem *o* in Panormia edita Cypriano adscribitur libro vi. cap. *lxxvii.* Sed in veteri est: *Capitulor. lib. vi. cap. lxxvii.* & in excerpationibus, excepta prima voce, pro qua est *Capitularium.* Id confirmatur ipso libro *Capitularium.* (5) Extremum sit distinct. v. cap. xxxiv. *p* quod Gratianus inscripsit: *Item libro v. Capitulorum.* & Ivo *q*: *Libro v. Capitulorum cap. clxxxv.* Sed in ipso libro *Capitularium* bis est lib. v. cap. *cxv.* & libro vii. in additis cap. *clxxiii.* Eadem verba sunt Concilij Maguntini cap. ix. quod sub Carolo Magno Imperatore habitum est. Ejus Concilij *xxv.* capita sunt in *Capitularibus.* (6) Hæc sint de *Capitularibus* dicta. Cras velim

k De consecr.
d. 4. c. 104.
 Monachi.

l Ivo lib. 1.
tit. 2. c. 74.
panorm. &
part. 1. cap.
133. decr.

m Cas. lib. 9.
c. 42.

n De consecr.
d. 4. c. 126.
 In Sabbato.
o Ivo lib. 1.
tit. 2. c. 96.
dec. & par. 1.
c. 112. dec.

p De consecr.
d. 5. e. 34. In
 omnibus.
q Ivo par. 6.
c. 402. decret.

DIALOGUS UNDECIMUS. 333
de Nicolai Papæ primi epistulis agamus. Te
enim attulisse quasdam ex veteri libro des-
criptas cognovi.

A D D I T I O N E S.

(1) **G**RATIANI verba sunt ante caput 37. Ro-
manis, cujus initium *Volumus. 11. q. 1.*
Hæc si quis antiquata contendat &c. ut in dialogo. per
Carolus renovata cognoscat, qui in suis capitularibus
lib. 6. cap. 281. ait inter cetera. In margine est: Ans.
ibid. (hoc est. l. 3. c. 108.) In Notis est: Rescriptam
sumpsimus] Sic est emendatum ex Capitulari. Antea
legebatur, per scripturam misimus.] Ad illa verba,
lege cunctis perpetua teneant, additur in margine:
lege cunctis perpetuo tenendam] orig. In scholiis: Ca-
pitularibus] Id est, in Longobarda, non tamen in-
venitur, qua in ea nunc est, sed in Gallia. Gentium
nomina hæc sunt: tam Romani quàm Franci, Ale-
mani, Bavari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Fri-
sones, Galli, Brittones, Longobardi, Guascones, Bene-
ventani, Ghoti, Hispani. De aliis verbis videatur edi-
tio Romana.

(2) Eadem quæstione prima, inscriptio capitis 35.
Quicumque litem. in eod. libro est: Vnde Theodosius
Imperator. In margine hæc sunt: Cod. Theodos. l. 16.
de episcopali iudicio l. 1. par. Quicumq. ext. de iudic.
c. Novit. Capitul. l. 6. c. 281. Ans. l. 3. c. 108. Ivo p.
16. c. 312. In extremo capite additur in Notis: Diri-
gatur] In Cod. Theodosiano lib. 16. tit. de episcopali
iudicio. l. prima, que repetitur lib. 6. capitul. c. 281.
& in Concilio tertio Valentino sub Lothario, & apud
Ivonem & Anselmum sequuntur hæc: Multa enim qua
in iudicio captiosa præscriptionis iuricula non patiuntur
investigat & promit sacrosancta religionis auctoritas.
ac statim adnectitur caput sequens: Omnes itaque
cause. Ante caput 36. Omnes, eadem quæstione est
tantum: Item ibid. Et in margine: Capitul. ibid. Ans.
ibid. Ivo ibid. Pann. l. 5. c. 23.

(3) Capitis 27. *Qui Subdiaconum. 17. q. 4. in co-*

dem libro inscriptio est : *Item ex lib. 3. Capitul. c. 25.*
 In margine sunt hæc : *Et in Conc. Trosleiano c. 13. &
 inter leges Longobard. tit. de homicid. lib. hominis, l.
 27. Pan. l. 8. c. 7. Burc. l. 6. c. 5. Ivo p. 10. c. 9. &
 134. similia quedam.* Inscripção capitis 28. *Qui occi-
 derit, eadem quæstione est : Item ex lib. 6. capitul. c.
 50. Et in margine : Ivo p. 10. c. 10. Pann. l. 8. c. 8.*

(4) In eodem Romano libro inscripção capitis 104.
*Monachi sibi. de consecr. dist. 4. hæc est : Item ex li-
 bro Capitularum. In margine est : Ivo par. 1. c. 133.
 Pann. l. 1. c. 81. In Notis : In indice septimi libri Ca-
 pitularium numero 494. (nam capita ipsa à 475.
 usq. ad 558. in volumine quod ex Gallia habitum est
 desiderantur) hæc leguntur : *Ne sibi compadres & com-
 matres monachi faciant.**

(5) Ante caput 126. *In sabbato. eadem distinc-
 tione hæc in eodem libro verba sunt : Item Capitularium
 lib. 6. c. 77. In margine est : Ivo par. 1. c. 112. Pann.
 l. 1. c. 103.*

(6) Hæc etiam est in eodem libro inscripção capi-
 tis 34. *In omnibus. de consecr. dist. 5. Item in lib. 5.
 Capitul. c. 115. In margine est : Et in Mogunt. sub Ca-
 rolo c. 9. Ivo p. 6. c. 402. In Notis : Ministris] In
 originali & apud Ivonem est magistris. Sed ob glossas
 non est emendatum.*

DE NICOLAI PRIMI epistulis & responsis.

Dialogus duodecimus.

A. IN Conciliis Coloniae editis duæ tan-
 tum Nicolai epistolæ sunt; quarum
 prior est ad omnes catholicos, cujus initium
*Quæ apud Constantinopolitanam urbem, po-
 sterior ad Michaëlem Imperatorem, cujus
 initium Proposueramus quidem. Sequitur hæc*